

AD LECTOREM.

verum, quam Torga à Quindecimviris, an. 1574. An. 1574.  
 articulis novi de Cœnâ caderentur, quibus tot re-  
 gnorum florentissimorum Ecclesie damnabantur:  
 subsequuta intra biennium infelici illa Formula  
 Concordie, Quam verè aureum volumen dixe- An. 1576.  
 ris, quod auro quam plurimo venum à Smidelino  
 daretur; Rectius potum eadē & eam dixeris,  
 quod tot distractionibus ansam prabuerit, ut non  
 insensitè cecinerit eximius ille vates:

Aut mens Vulcanū, aut forceps indocta fefellit,  
 ei phylu voluit cadere, cudit ē. de quo ali-  
 us dicendi locus sese ostendet, spero.

Disputationes Heidelbergensium anno 84. An. 1584.  
 pratero lubens: colloquium etiam Mompel- An. 1586.  
 gartense, quod in an. 86. incidit: Et initia Refor- An. 1587.  
 mationis, à Christiano Saxone Electore suscepta: An. 1596.  
 & quæ in Anhaltinatu, ac postmodū in Duria- An. 1599.  
 censi Marchionatu, tandem in Hassia subsequuta: An. 1605.  
 Deniq; concertationes utriusq; partis Theologorū,  
 cum Cadmaorum fratru, in alterius viscera altero An. 1608.  
 crudeliter & omni exuto humanitatis sensu, sevi-  
 ente; nequicquam Theologis Heidelbergensibus,  
 scripto pietatem & pacem dulciter spirante, ten-  
 tantibus, si qua ratione obtineri possit, ut tandem  
 concordia et tranquillitas Ecclesie afflictissima ve-  
 luti postliminio redeat.

Verum frustra tentatis omnibus, pessimam  
 nostri gratiam retulere: at freti tamen conscien-  
 tia bona testimonio, & de illo gloriantes: Beati  
 pacifici, quia filii Dei vocabuntur.

Matth. 5. 9.

Hoc